

ligiosis, iuxta concessionem, his potissimum annis factam quatuor nimirum Provincijs, (Peruana exclusa, vnde iamdiu nulli è nostris expetuntur; Philippinarumque Provincia, quæ in sua iam summa impensas inclusit à Rege factas in nostris ad eas partes transmittendis) liquido constat, impendere Maiestatem Regiam suprâ sexagies mille scutata argentea, quibus in annos sex partitis, manent singulis annis decies mille scutata argentea. Quo circa Societas nostra acceptam referre debet Regis Hispaniarum largitati hanc summam singulis annis sibi erogatam, quæ cum Superiore conficit vnum & triginta suprâ ducenta millia ducenta, & quinquaginta scutorum argenteorum, quæ respondent totidem scutatis argenteis Italicis.

Quàmobrem Missiones, Collegiaque nostra apud Indos percipiunt à Rege quantum, vt Collegia quinque singulis annis excitentur, instituanturque sit satis superque. Superque inquàm, siquidem ad aliquod Collegium constituendum, obtinetur facultas à Regio Indiarum Senatu, dummodò in census annuos Collegij numerentur quadragies mille scutata argentea, si summam suprâ factam consulimus, construi sine dubio possunt Collegia quinque, quorum singula habeant quadraginta sex millia scutorum argenteorum. Quæ in nos mira liberalitas præstat profectò cuiuscumque Christiani Regis largitati, quæ potuit vnquam à Societate condita erga nos vim suam benignissimam profundere.

Atque Regis hanc munificentiam mirum in modum commendat, quòd tot, & tantæ impensæ proferuntur ex Hispanis, aut Indicis ærarijs, seu Capsis, ex his Regis bonis, & pecunijs, quæ & merè, & propriè bona Regia dicuntur: non ex decimis, nec ex aliquibus Sacris, Ecclesiasticavè contributione, congesta. Cum decimas omnes sua Maiestas conferat in subsidium Cathedraliũ, Tiplorumque Parochialium, atque in victũ Ecclesiasticorum non Regularium, è quibus illa componuntur; & quamvis duas novenas partes sibi reservat ex decimis ad Cathedralium Capitularem Mensam pertinentibus, ne facultas, iusque Regibus Catholicis ab Apostolica Sede datum aliquando è memoria excidat; has inquam duas novenas decimarum partes ponit sua Maiestas in census annuos Regionum Xenodochiorum, quæ in India sunt, atque in Templa, & Parœcias conservandas, instaurandasque. Tertiam verò partem totiùs summæ, quæ ad Regem pertinet ex Episcopalis dignitatis vacantibus, defert in succesorem Antistitem, plerumque duas tertias partes, nonnumquam summam omnem, vt Antistitis novi paupertas fert, rerumque postulat difficultas. Quidquid enim ex illa summa superest, suppeditat Episcopis, Capitularibus, & Provinciarum Parochis, vbi non decimæ suppetunt in Sacerdotij censum, vt pro sua quisque ratione, personam, & dignitatem tueri possit. In quos sumptus multò plus impendit Rex Catholicus, quàm magna potest esse summa ex dignitatibus harum vacationibus, vt videre est apud Bonos Aëres. Paraguaium, & Provincias aliàs, vbi a Regis Ministris, qui Vectigalia Regia illie

exercent, magna pars censuum singulis annis persolvitur Episcopis, & Capitularibus, numeratis, vt iussum est, pecunijs ab ærarijs, seu Capsis Regijs, vt exiguir edditus Ecclesiastici suppleantur.

## 6.

## Breve de Clemente XI.

*In Apostolicae dignitatis*, 23 de Junio 1704, sobre grados universitarios en Ultramar.

Del original que se conserva en nuestro colegio de Quito.

1. Recuerda el Papa las gracias concedidas a los Dominicos para abrir universidades y dar grados, copia a la letra varios breves de Inocencio XI en favor del colegio de San Fernando O. P. de Quito y de la Universidad de Manila y del colegio dominicano de Santa Fe de Bogotá.

2. Después menciona los pleitos que han surgido entre Dominicos y Jesuitas sobre la facultad de dar grados, pleitos que se siguen en las Congregaciones romanas.

3. Luego apunta cuán racional y oportuno parece otorgar a la Compañía de Jesús los privilegios dados a los Dominicos. Por lo cual continúa así.

«*Hinc est*, quod Nos strenuam non minus ditorum Clericorum Regularium, quam praefatorum Fratrum in erudienda iuventute operam considerantes, illamque sublatis inter eos discordiis, ad proficuum vineae Domini in illis partibus culturam confovere, et per privilegiorum inter eos aequalitatem promovere cupientes, ac praedictarum Gregorii, et Innocentii XII. praedecessorum litterarum tenores, et datas etiam veriores, nec non litis, et causae praefatarum statum, et merita, nominaque, et cognomina, ac qualitates iudicium, et collitigantium, et alia quacumque etiam specificam, et individuum mentionem, et expressionem etiam de necessitate requirentia, praesentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis, et exactissime specificatis habentes, *motu proprio, ac ex certa scientia*, et matura deliberatione nostris, deque Apostolicae potestatis plenitudine easdem litem, et causam in statu et terminis, in quibus de praesenti reperiuntur a praedictis Cardinalium Congregationibus, aliisque quibuscumque tribunalibus, et Iudicibus ad Nos tenore praesentium avocamus, illasque perpetuo supprimimus, et extinguimus, *ac perpetuum desuper utriusque parti silentium imponimus, osque ocludimus*, Praeterea assignationes annui redditus mille pro trium, et summae tredecim millium nummorum pezze nuncupatorum pro

quatuor Cathedrarum erectionibus a dicta Societate (sicut praemittitur) factas *motu scientia*, deliberatione et potestatis plenitudine paribus, harum serie confirmamus et approbamus, illisque inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adiicimus, ac omnes et singulos iuris et facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, seu intervenisse dici, censeri, vel praetendi possent, supplemus et sanamus. Necnon omnia et singula privilegia, iura, facultates, praerogativas, gratias, et indulta, et alia quaecumque ad favorem dictorum Domus Beatae Mariae de Rosario et Collegiorum, seu Universitatum Beati Ferdinandi Regis Catholici civitatis Quitensis et sancti Thomae Civitatis Manilanae, necnon eiusdem Sancti Thomae Civitatis Sanctae Fidei Ordinis Praedicatorum a praedictis Gregorio per eius praenarratas, et Innocenti XI. praedecessoribus per ternas eius praesertim litteras respective concessa et communicata, *praedictis earundem civitatum Quitensis, et sanctae Fidei Societatis Iesu Collegiis*, in quibus memoratae Cathedrae iam forsitan erectae, vel erigendae sunt, sub eisdem modo et forma, conditionibus, et limitationibus, quae in litteris huiusmodi exprimuntur, *motu, scientia*, deliberatione, potestatis plenitudine, et tenore, praefatis concedimus; ita vt ipsa *Societatis Iesu Collegia* privilegiis, iuribus, facultatibus, praerogativis, gratiis et indultis, et aliis quibuscumque ad favorem praefatorum Domus et Collegiorum, seu Universitatum Ordinis Praedicatorum (vt praefertur) concessis et communicatis, *non solum ad illorum instar, sed aequae principaliter, et absque ulla prorsus differentia*, iuxta morem dictae Societatis, vti, frui, potiri, et gaudere libere, et licite possint et valeant. Decernentes easdem praesentes litteras, et in eis contenta quaecumque, etiam ex eo, quod quilibet in praemissis interesse habentes, seu habere quomodolibet praetendentes cuiuscumque gradus, ordinis, praeeminentiae vel dignitatis, aut alias specifica, et individua mentione, expressione digni illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati, et auditi, neque causae propter quas praesentes emanarint, sufficienter adductae, verificatae, et iustificatae fuerint, aut ex alia qualibet etiam quantumvis iuridica, pia, et privilegiata causa colore, praetextu, et capite etiam in corporis iuris clauso, etiam enormis, enormissima, et totalis laesionis nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostrae, aut interesse habentium consensus, aliove qualibet, etiam quantumvis magno, et substantiali, ac incogitato et incogitabili, individuamque expressionem requirente defectu notari, impugnari, infringi, retractari, ad terminos iuris reduci, seu in controversiam vocari, aut adversus illas aperiitionis oris, restitutionis in integrum, aliud quodcumque iuris, facti; vel gratiae remedium intentari, vel impetrari, seu impetrato, aut etiam *motu, scientia* et potestatis plenitudine paribus concessio, vel emanato, quempiam in iudicio, vel extra illud uti, seu se iuvare, vilo modo posse, sed ipsas praesentes litteras firmas, validas, et effi-

caces existere, et fore, suosque plenarios et integros effectus sorti, et obtinere, ac illis ad quos spectat et pro tempore quando-cumque spectavit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque, et non aliter in praemissis, per quoscumque Iudices Ordinarios, et Delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. praedictae Cardinales, etiam de latere legatos, aliosve quoslibet quacumque praeeminentia et postestate fungentes, et functuros subblata eis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate et autoritate, iudicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis autoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus litis pendentia...»

## 7.

El P. Lucas de la Cueva al Virrey del Perú.

Borja, 30 de Noviembre 1657.

Lima, Bibl. Nacional, *Manuscritos*, 17, f. 257.

«Exc.<sup>mo</sup> Señor. Aunque con penosa navegación, a causa de haberse ahogado un compañero clérigo epistolario que traía a estas santas misiones, y de haberme sacado un caimán de la canoa en que iba a un principal cacique y comidoselo, y de veintisiete llagas que me hicieron los muchos mosquitos deste rio, habiendo estado agonizando en lo profundo de él, junto con el clérigo que pereció, por haberse volcado la embarcacion en que veníamos; llegué en fin al término tan deseado de este mi querido gentilismo y santas misiones, donde entendí resollar, tener gran alivio y gozar de las negociaciones todas tan favorables, que V. Ex. me concedió para estas santas misiones. No me sucede así, Ex.<sup>mo</sup> Sr. porque las averías, calamidades, excidios y ruinas en que hallo este gentilismo y nueva cristiandad, ocasionado todo por la mala conquista, que el Señor por sus justos juicios y pecados nuestros ha permitido en estas partes tan caídas y acabadas, que apenas les ha quedado figura, habiendo destruido solo un año de dicha conquista lo que con tantos trabajos los religiosos habíamos hecho en veinte, me tiene en sumo dolor y congoja.

El Señor, por quien es, nos aya misericordia y mejore el estado de las cosas, guardando a V. E.<sup>xa</sup> por cuyo medio y mano lo esperamos, poniéndola con eficacia en remover tal conquista y conquistadores destas partes tan agravadas y destruidas della y dellos, proficua solamente para arruinar lo conquistado, e im-

posibilitar lo por conquistar, como en otros escritos tengo informado a V. Ex.<sup>a</sup> En este Ex.<sup>mo</sup> S.<sup>r</sup> no tengo para qué cansar y repetir, sino ratificarme, como lo hago ya las cosas presentes, como informé dellas, teniendolas en esa corte ausentes, por las relaciones que se me entraban, que he hallado ser muy ciertas y aun no avía alcanzado en el dicho a lo que se ve en el hecho— Solo apunto acerca de una fundacion que pretende el corregidor de Caxamarca dar a entender ha hecho con título de Santander, no aver en ella obrado otra cosa, que destruir y arruinar la de S. Francisco de Borja, colonia, castillo y casa fuerte, con cuya sombra hemos obrado e ivamos obrando con prosperidad en estas santas misiones, aviendo corrido amparados con dicha sombra mas de ducientas leguas en este gentilismo; oy ha quedado la tal colonia y ciudad tan arruinada con el despojo de sus pocos vecinos y milicia, que se ha visto obligado el religioso cura coadjutor, que lo es en mi lugar, a consumir el Santissimo Sacramento, viendose solo sin más compañía que la de un hombre viejo y por serlo mucho, imposibilitado, temiendo alguna sacrilega invasion, assi de los cimarrones Maynas que viendo el desamparo de las casas las han entrado, como de otros bárbaros de quienes en otras ocasiones han sido asaltados. En los autos, certificaciones y otros escritos que pueden parecer por allá en apoyo de dicha fundacion y de las demás cosas obradas por dicho Corregidor recelo summamente no padezcan los achaques de otros informes, autos, certificaciones y escritos que se presentaron en esa corte, quando me hallé en ella, a que hubé de ocurrir deshaziendo las sombras, declarando la falsedad de lo mucho supuesto que en ellos vi: Pido a V. Ex.<sup>a</sup> esté en este punto para que suspenda el crédito, hasta constarle de las cosas por ajustada averiguacion.

Obligame tambien la lista tan copiosa de naciones pacificadas, que vi en la copia de una carta a V. Ex.<sup>a</sup> por dicho corregidor, sobre que me ordenó informasse al S.<sup>r</sup> Presidente de Quito, a declarar la verdad. Esta es, que a dicho corregidor no le permitió Diós que nacion ninguna de quantas ay en este gobierno y dize en su lista pacificó, la pacificasse, redujese ni por su medio se doctrinasse. Esto es tan constante, que sería afirmar lo contrario la temeridad de quien negasse al sol su luz, y solo puede dar atrevimiento a dicha temeridad el considerar este otro mundo, donde no se puede entrar a hazer la averiguacion cierta contra lo que se actua sin verdad. Que lo sea el no haber hecho nada, consta claro de que los Religiosos de la Compañía, que aquí halló dicho corregidor estan en los mismos puestos y número que estavan antes que entrase tal conquistador, sin que por tal entrada se aya aumentado ni puesto un sacerdote que cure del, y en fin no hubo aquí otro obrar por el conquistador, sino dar por obra propria lo que de carrera iva viendo obrado por otros, sin dejar nada por sí hecho. Corrobora más esta verdad, que el

obrar en estas conquistas es el reducir y doctrinar, lo qual se haze mediante los Religiosos; por ser esto assi ofrecio de suyo y le admitieron y obligaron a la oferta, de que precissamente metiesse quatro Religiosos por lo menos a su costa, tratándolos con toda reverencia, &. Ni se hallará desde que començo dicha conquista aver entrado, ni con uno tan solo, ni tenerlos oy en las partes que ha andado, en que ha estado y que dize ha pacificado; argumento que sólo él convence ser nada lo obrado y nada cumplido de lo por él pactado. Los Religiosos de la Compañía hallávanse en posesion de los puestos en que estavan años avía, sin travaçon ni dependencia de dicho conquistador, a costa y expensas de la Religion, sin que por este camino pueda introducirse a alegar hizo algo mediante tales religiosos, puesto que como tengo dicho, estavan en los puestos que les halló antes de aver entrado en ellos, sin añadirseles otra cosa sino un nombramiento de cura y capellan para la fundacion que pretende y llama Santander, hecha en la reduccion y doctrina en que dicho P.<sup>e</sup> estaba entendiendo antes que el Conquistador entrasse ni la conociesse. Fundacion que pudo repetir en las demás reducciones, que en estas partes tenemos y doctrinamos los Religiosos, porque con tomar a los vecinos de Borja e ir por todas plantando palos, que en estas partes sirven de rollos y acuchillandolos apellidar el nombre del Rey con ótras ceremonias de estos casos, podia dezir avía fundado muchas ciudades; pues no a mas costa que la dicha pretende aver fundado la que llama Santander con tan lastimoso despojo de los vecinos y milicia desta de Borja.

Por último, como lo más importante y que más insta, propongo a V. Ex.<sup>a</sup> que dicho Corregidor y general D. Martín de la Riva dize repetidamente en sus escritos, ha de venir a este gobierno a hazer disponer, &. Los inconvenientes desto, Ex.<sup>mo</sup> Señor, son gravissimos en partes tan remotas, indefensas y destituidas del recurso a los tribunales y justicia; aquí no ha de aver otra, sino la fuerça y violencia, remitiendo el derecho a las armas, guerra, vandos y dissensiones. La gravedad deste inconveniente ella misma se está clamando. Temblamos en imaginar esto todos, a cuya causa me veo obligado a pedir y suplicar con todo coraçon a V. Ex.<sup>a</sup> como lo hago en nombre de la Religion y de todos los Religiosos en particular, que aquí estamos, impida con toda eficacia tal intento; prohibiendo con toda fuerça tal venida con pretexto ninguno, pues si tiene algo que alegar puede hazerlo en esa corte ante V. Ex.<sup>a</sup> a quien vuelvo a suplicar en nombre y reverencia de N. S. Jesuchristo, ataje tan graves inconvenientes.

Nuevas de cuidado han corrido en este gentilismo, son Ex.<sup>mo</sup> S. aver muerto a unos religiosos del S.<sup>r</sup> S. Francisco y a no sé qué soldados unos bárbaros que confinan con los Cocamas nuestros pacificados y reducidos en el Rio de Veayale, uno de los más caudalosos que desaguán en este Marañon, a quien llaman por

acia sus cabeceras Jarama y Apurima. Para que prosiguiesen con la doctrina de dichos Cocamas embié pocas semanas ha dos Religiosos de los que truje en esta ocasion de Quito. Corren oy gran riesgo, assi por estar solos y distantes como por el alteracion que causan tales sucesos y más quando se intenta el castigo; a esta causa pido a V. Ex.<sup>a</sup> que si esta llegare a tiempo que no se aya cometido y se hubiere de cometer, lo haga V. Ex.<sup>a</sup> con aditamento de que no se llegue a dicha reduccion de Cocamas, por el riesgo que amenaza a estos Religiosos tal entrada, con la alteracion y arma en que se ponen estos bárbaros, indignados por las vexaciones que de los soldados reciben. Tambien advierto Ex.<sup>mo</sup> Sr se ha de entender que tales sucessos y matanças son muchas vezes más defensa natural por los agravios que de los soldados reciben que delitos que contra ellos cometen; inconveniente que siempre he hallado en la entrada de Religiosos acompañados delos tales; porque el bárbaro no distingue los intentos tan distintos y distantes de unos y otros; con que los igualan en sus homicidios. Piden tales acciones y castigos personas de experiencia; y assi pido a V. Ex.<sup>a</sup> encargue la cosa a los de por acá, o a quien la tenga con práctica destos castigos.

Con esta remito a V. Ex.<sup>a</sup> un eserito, que juzgo de mucha importancia assi para la entera noticia de lo que ay acerca de la conquista en el Perú, como para que la tenga del modo con que se ha obrado en esta; por entender puede surtir de lo que en él digo enseñado con la práctica de tantos años de experiencia, servicio a Nuestro gran Dios y Señor, me atrevo a pedir a V. Ex.<sup>a</sup> se lo haga leer en algunos ratos, para que con el zelo de tan católico pecho procure la execucion de su assumpto, que es la conquista espiritual y reduccion a nuestra santa fe deste tan estendido gentilismo, redimido con tan preciosa sangre y acerbisima passion de N. S. Jesuchristo que guarde y dirija a V. Ex.<sup>a</sup> para tan gran bien destos reynos, principalmente destas santas Misiones, que por los efectos buenos hemos reconocido ha tomado tan a su proteccion y amparo. Del Rio Marañon y ciudad de San Francisco de Borja 30, de Noviembre de 1657.»

LUCAS DE LA CUEVA.

## 8.

El P. Secretario de la Compañía a los Padres Asistentes.

1667

*Chilenses negarunt obedientiam Vice Provinciali nominato a P. Rada, Provinciali Paraquariae.*

*Chilensis. Historia, t. II, n.º 45.*

Per manus PP. Assistentium S. G. Ca. A. Cl. (1).

P. Andreas de Rada nominatus est in Visitatorem Provinciae Paraquariae et Vice Provinciae Chilensis ab Adm. R. P. N., qui 30 Junii 1662 scripsit ad illum haec verba: Postquam visitaverit Provinciam Paraquariae, faciat consultationem, vocando ad eam, non solum suos Consultores, sed etiam alios Patres graves zelo, prudentia et experientia praeditos; conferetque cum illis R.<sup>a</sup> V.<sup>a</sup> an expediat nec ne uniri Vice Provinciam Chilensem cum Paraquaria; notabitque et conservabit suffragia omnium. Post factam istam diligentiam, ibit R.<sup>a</sup> V.<sup>a</sup> ad visitandam Vice Provinciam, et ad hunc finem mitto ei patentes Visitoris; et in illa Vice Provincia faciat R.<sup>a</sup> V.<sup>a</sup> aliam consultationem similem, vocabitque ad eam Vice Provinciale, Consultores et alios Patres. Denique conferet suffragia Consultorum Paraquariae ac Vice Provinciae, et, re serio Domino commendata, decernet R.<sup>a</sup> V.<sup>a</sup> quod ad maius Dei obsequium futurum iudicabit, uniendo utramque, vel relinquendo illas in eo statu, in quo nunc sunt; nam ad id faciendum communico R.<sup>ae</sup> V.<sup>ae</sup> omnem facultatem necessariam. Et si forte utraque manserit unita, R.<sup>a</sup> V.<sup>a</sup> erit Provincialis, non solum Paraquariae, sed etiam Chilensis; et quam primum poterit, monebit nos quid decreverit et exsequutus fuerit. Quando R.<sup>a</sup> V.<sup>a</sup> proficiscetur ad Vice Provinciam, nominabit in Vice Provinciale Paraquariae quem censebit suo muneri satisfacturum, commendabitque ei, ut visitet Provinciam dum abest R.<sup>a</sup> V.<sup>a</sup>, quia absque dubio morabitur in Vice Provincia multis mensibus, cum debeat illam visitare. Quando vero redibit in Paraquariam, si unio utriusque facta fuerit, R.<sup>a</sup> V.<sup>a</sup>, tamquam Provincialis Paraquariae et Chilensis, relinquet in Chilensi unum Vice Provinciale, praescribetque ei ordinationes convenientes circa visitationes et alia, quae absente Provinciali debent exsequi. Et cum nos mone-

(1) Estas letras son las iniciales de los nombres de pila de los cinco Asistentes, Sebastián Izquierdo (España), Gaspar de Gouvea (Portugal), Carlos de Noyelle (Germauia), Alejandro Flisco (Italia), Claudio Boucher (Francia).

bit R.<sup>a</sup> V.<sup>a</sup>, scribam ei quod observandum erit. Hucusque literæ R. P. N.

P. Rada, Visitator, hæc omnia executioni mandavit, et post factas consultationes prædictas, univit Chilensem Paraquariæ ad tempus, donec R. P. N., informatus confirmaret unionem factam, aut aliud decerneret, et 16 Januarii 1666 se declaravit Provinciale utriusque in Collegio S. Jacobi Chilensis, ostensis prius coram Consultoribus literis et instructione, quas acceperat a R. P. N. Ista renuntiatio Provincialis excepta fuit ab omnibus, tam domesticis quam externis cum magno plausu et communi omnium gratulatione. Mansit autem P. Rada in Collegio S. Jacobi usque ad 15 Februarii eiusdem anni exercendo pacifice et sine ulla contradictione officium Provincialis. Rediturus autem in Paraquariam, pridie ante discessum, convocatis omnibus domesticis, nominavit in Vice Provinciale Chilensem, suum Socium, P. Vincentium Alzinam, qui etiam exceptus a Nostris, nemine tunc contradicente.

Sed 28 eiusdem mensis Februarii Consultores Chilenses, post habitas inter se suas consultationes, inscio P. Alzina Vice Provinciali, iverunt ad eius cubiculum et unus ex illis ait nomine omnium se illis diebus tolerasse et ei obedivisse tanquam Vice Provinciali, re tamen postea melius considerata, reperisse P. Radam iam non esse Visitatorem neque Provinciale Chilensem, ac proinde neque habere ibi iurisdictionem, neque potuisse designare Vice Provinciale. Non esse Visitatorem, probabant: quia iam absolverat Visitationem et abierat. Neque esse Provinciale constabat, quia R. P. N. in suis literis datis anno 1664 nominaverat in Vice Provinciale Chilensem P. Joannem Lopez Ruiz, et sic per istam nominationem revocaverat instructionem missam ad P. Radam anno 1662, et consequenter iam cessaverant omnia munia P. Radae et officium Vice Provincialis ab eodem nominati. Quare rogabant ut abstineret, nec ageret ibi Vice Provinciale, quia nullum alium Superiorem agnoscebant, nisi P. Lopez, designatum a R. P. N.

His auditis, contendit P. Alzina illis persuadere, propositis multis rationibus P. Radam esse Provinciale, se etiam esse Vice Provinciale; sed in cassum laboravit. Nam eadem die, dum ipse esset apud nobilem ægrotum sæcularem, P. Didacus de Rosales, Rector Collegii S. Jacobi Chilensis, vocavit omnes nostros ad commune sacellum, renuntiaturus Vice Provinciale P. Joannem Lopez. Dum hoc ageretur, rediit ad Collegium P. Alzina, ivit ad sacellum, ubi omnes erant congregati, et cum intellexisset P. Lopez esse renunciatum Vice Provinciale, procuravit impedire; cumque non obedirent, declaravit publice P. Rectorem Rosales et P. Lopez incurrisse in casum defectionis a capite, et in pœnas ac censuras contra perturbatores promulgatas, et illos suspendit ab officiis in quantum poterat. Deinde omnibus aliis mandavit sub præcepto et censuris, ne agnosce-

rent P. Lopez tanquam Vice Provinciale, neque illi obedirent. Tunc P. Lopez, impulsus a P. Rosales, sub eodem præcepto iussit, ne quis obtemperaret P. Alzinae. Qui, ne hoc schisma emanaret in vulgus et oriretur maius scandalum, cessit tempestati, ac decrevit redire in Paraquariam, monito prius P. Rada, Provinciali.

Chilenses autem scripserunt literas valde impertinentes ad P. Radam, et similiter informarunt de tota causa P. Provinciale Peruanum, agnoscentes eum tanquam suum Provinciale, non P. Radam, ob rationes superius significatas. Provincialis vero Peruanus benigne illis respondit, sed exprobrando validis rationibus omnia illorum acta. Intellexerat enim iam rem totam, acceptis literis a P. Rada; a quo etiam acceperat copiam instructionis missae a R. P. N. et literarum P. Assistantis Hispaniae ad eundem P. Radam. Igitur ut Chilenses flecterentur ac mutarent consilium, Provincialis Peruanus, habita consultatione, decrevit mittere ad illos P. Ludovicum Santisteban, gratiorem illis, utpote Chilensem, cum instructione secreta et patentibus suis et aliis P. Rada, quas idem miserat ad hunc finem. Præter has patentes, tradidit etiam illi literas proprias ad Chilenses, iussitque ut suas literas daret P. Joanni Lopez, si ibi esset, aut P. Rectori Rosales, rogaretque illum suo nomine, ut legeret eas coram Consultoribus. Iam vero, si post lectas literas dixerint P. Radam non esse eorum superiorem, sed solum agnoscere Provinciale Peruanum, tunc jubebit convocari communitatem et dabit P. Joanni Mendozae patentes subscriptas a Provinciali Peruano, ut legat eas coram omnibus; quod si illi receperint eum tanquam Superiorem, gratias illis agat; et post visitatos Gubernatorem, Episcopum, Senatores et alios dominos, transactis nonnullis diebus, imperabit P. Rectori Rosales, si opus fuerit, imposito etiam præcepto, ut exeat e civitate S. Jacobi et eat ad Collegium Mendozaanum; ac post 8 vel 10 dies mittet P. Joannem Lopez eodem modo ad Collegium Conceptionis.

Si vero Chilenses Consultores, auditis literis Provincialis Peruani, responderint P. Radam esse eorum Superiorem, tunc manifestabit patentes P. Radae, et exsequetur idem, quod supra dictum est. Alia multa valde prudenter disposita continentur in instructione Provincialis Peruani, tradita P. Ludovico Santisteban. Quid vero hic egerit cum Chilensibus sciri adhuc non potest. Quapropter, ne hoc grave malum serpat, valde necessarium est, ut R. P. N. Generalis de opportuno remedio provideat.